



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 101. Conditiones pro restituendo Veltlinio ab Hispano Gubernatore
propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

Masoxensem ablegarunt, quos ta-Sæc. XVII.
men Hispani dissiparunt, fuderunt, & A.C. 1621.
interceperunt, sed hi paulo post tamen
a Calvinistis maximo numero confluen-
tibus retrocedere coacti sunt, compre-
hensis eorum octodecim, cæsis vero
quadraginta.

§. CI.

*Conditiones pro restituendo Veltlinio
ab Hispano Gubernatore
propositæ.*

Jam anno priori non modo Veneti, sed *Ferrer. Hist.*
etiam Ludovicus XIII. Franciæ *Hisp. cap. 2.*
Rex Veltlinum in integrum restitui la- *t. II. p. 343.*
borabat, hancque in rem ad Rhetios *Bellus l. c.*
Theatr. Hist.
Bassompetram Legatum suum decre- *cap. I. p. 6.*
vit, qui incommodeum, quod ex hac
ditione & transitu ab Hispanis occu-
pato, Galliæ Regno imminere noverat,
avertere nitebatur: Hoc cognito Fe-
riæ Dux Gubernator Mediolanensis
pacta, quæ itidem anno priori cum
superioris Rhetiæ legatis conceperat,
ad effectum deducere maturabat: Igi-
tur universæ Grisonum Reipublicæ se-
quentia pacis capita proposuit. I. Pax
inter Grisones & Mediolanenses perpe-
tua esset, & duodenis annis elapsis in-
stauraretur. II. Veltlinum Grisonibus,
cum omnibus privilegijs, & immuni-
tatibus

Sæc. XVII. tatis relinqueretur. his tamen con.
 A.C. 1621. ditionibus, ut præter Romano-Catho-
 licam, religio nulla ibi exerceretur. III. Jurisdictio Ecclesiastica ad Comen-
 sem Episcopum tota pertinere. IV. Tridentini Concilii decretis, & novo
 Calendario uterentur. V. Exules re-
 ligionem Evangelicam profitentes bo-
 nis suis fruerentur, ac bis in anno re-
 dire ipsis liceret, sed ultra duos men-
 ses singulis vicibus ibi non manerent,
 nec cum uxoribus, filiisque habitandi
 occasionem ibi quærerent, & offendicu-
 lum Catholicis nullum præberent,
 Ecclesiasticas vero constitutiones, si
 violaverint, ab Hispanis plecterentur.
 VI. Consuetudinibus, & statutis suis
 frui Veltlinianis Grifones permitterent.
 VII. Propugnaculum ad Rivam Hispani-
 annis quinque retinerent, iisque fini-
 tis, cum Puslinensi propugnaculo solo
 illud æquaretur. VIII. Præsidarii in
 Veltlinio per annos octo tolerarentur,
 Castrum vero Sonderense tormentis nu-
 daretur, & claves Tiranniensis & Mor-
 bienensis oppidorum penes foederatos
 essent. IX. Transitus defensive tan-
 tum Hispanis per Grifones pateret, hac
 addita declaratione, ut per Rhetiam
 tendentes, inermes, per Veltlinum
 vero, armati, sed non nisi ducenti uno
 die transirent. X. Præsidarii ab om-
 nibus

nibus negotiis, & actionibus tam ci-
vilibus, quam criminalibus abstinerent. A.C. 1621.
XI. Rebellionis suæ veniam rebelles
haberent, nec cædis perpetratæ pœ-
nam ullam luerent. **XII.** Hispanus
contra Rex, mille & quingentos Du-
catos quotannis Grifonibus solveret.
XIII. Militem expetenti Hispano, non
ultra viginti quatuor, nec minus ta-
men, quam duodecim vexillationes
mittere Grifones tenerentur. **XIV.**
Stipendium cum aliis commune habe-
rent. **XV.** Hispanus fœderatos Gri-
fones contra omnem externam vim
tueretur. **XVI.** Restitutio Veltlini pri-
mariis tantum Grifonibus, & iis, qui
capita hæc amplectentur, fieret, il-
lisque patrocinium paratum esset, re-
liqui vero, qui tractationem hanc am-
pletec intra mensem unum, atque al-
terum non velint, pro manifestis hosti-
bus perpetuo haberentur.

§. CII.

*Alia concordiae pacta a Galliarum
Regis Legato proposita.*

Cum autem Grifones Calvinistæ suam
sectam e Valtelinio eliminari, & Tri-
dentinam Synodum introduci, iniquis-
simo ferrent animo, avide ex Hispania
redeuntem Bassompétram Franciæ Le-
Hist. Eccl. Tom. LVII. Y gatum